



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Denunciationis Form. XLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

SUMMARIUM.

- 1 De modo eligendi, qualitate, & duratione Conservatoris remissive.
- 2 Regulares eligentes Conservatorem, debent electionis documentum exhibere Ordinario loci, & datur formula electionis.
- 3 Conservator electus, debet esse in dignitate constitutus, & simul Judex Synodalis.
- 4 Canonici Collegiatæ, etiam si in dignitate sint constituti non possunt eligi in Conservatores.
Fallit in Religione Hierosolimitana.
- 5 Conservator, exequi faciens citationem cum comminatione Censuræ contra Curiam Episcopi, dicitur excessisse suas facultates & numer. 6.
- 7 In controversiis ortis inter Curiam Ordinarii, & Conservatores super competencia jurisdictionis debent elegi Arbitri.
- 8 Arbitri hujusmodi recusari non debent: quia assumuntur de necessitate.
- 9 Respuens Arbitrorum electionem, si procedat ad ulteriora, nulliter agit.
- 10 Arbitrum eligens Ordinarius, electionem notificare debet Conservatori cum inhibitione, & datur formula electionis, & intimationis, & num. 11.
- 12 Arbitri eligi debent, de consilio, in numero dispari.
- 13 Arbitri dum assumuntur in forma juris, compelli possunt ad acceptandum munus.

- 14 Arbiter in rebus Ecclesiasticis debet esse Clericus.
- 15 Pars, quæ infestit, & procuravit, ut Conservator suam potestatem cederet, excommunicationem incurrit Papalem, à qua non absolvitur satisfacta parte à simplici Confessario.
- 16 Censuræ latæ à jure, & Papæ non reservatae, absolvuntur ab Episcopo, non autem à Confessario.
- 17 Conservator non potest se ingerere in causis, quæ non respiciunt manifestas injurias.
- 18 Conservator non cognoscit de injuriis illatis familiaribus Regularium.
- 19 Coloni Regularium damnum dantes conveniuntur coram Ordinario, qui illos carcerare potest.
Amplia in Colonis Religionis Hierosolimitanæ, & n. 20. & 21. ubi declaratur, & enucleatur conclusio.
- 22 Pro damno illato ab Animalibus, potest mandato Judicis, Custos in carcere detineri, & declaratur dorsina Panimolle.
- 23 Conservator excedens fines sua facultatis, de jure communii suspensionem ab Officio Ordinis, de jure novo Suspensionem ab Officio Conservatoris incurrit.
- 24 Conservator non se ingerit in causis dubiis, nec simplicem injuriam, sed notoriam defendit, & n. 25.
- 26 Conservator, quas injurias defendat, ostenditur.
- 27 Ordinarius, punit Conservatorem in excessibus dolosis, etiam censuris.
- 28 Conservator, qui Arbitros recusat, & in causa vult procedere, quomodo sit monendum, ostenditur.

Denunciationis

F O R M U L A X L I V.

Hic auctoritate ordinaria declaratur, & denunciatur excommunicatus N. ex eo, quia conventus in nostro Tribunali pro emendatione damni studiosè per eum dati in bonis N. jurisdictionem nostram eludere volens adiit N. afs. conservatorem Regularium N. N. quorum, ut asseritur, est Colonus, & ut offi-

cui sui limites excederet, prout excessit, instetit, & procuravit contra expresa-
sam prohibitionem Constit. Apostolicæ Greg. XV.

Nec non per caput separatum declaratur, & denunciatur suspensus per an-
num ab Officio Conservatoris N. ex quo suas facultates excessit, & nostram ju-
risdictionem læsit, & turbavit. Ut igitur dicit N. ab omnibus evitetur, & abs.
Conservatorem suspensum esse sciatur praesentes &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

V E L

Con autorità ordinaria si dichiara, e denuncia scommunicato N. perche
convenuto nel nostro Tribunale per l'emenda del danno dato da lui stu-
diosamente ne i benid. N. volendo eludere la nostra giurisdizione, è ricorso al
Conservatore d' PP. N. de quali dice esser Colono, & ha procurato, che quella
faccia atti giudiziali non competenti alla di lui giurisdizione, sì come ha fatto,
contro l'elpressa proibizione delle Constitutioni Apostoliche.

Ed in oltre si denuncia sospeso per un anno dall'Officio di Conservatore N.
per havere in d. Causa ecceduto i limiti della sua podestà, eleso, eturbato la
nostra giurisdizione. Che però &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Attuario.

AD NOTATIONES.

ASERTO CONSERVATORE . De modo eligendi , qualitate , dura-
tione , & potestate Conservatoris electi , traditur in hac Constitutione , quam per
extensum dedi tom. I. in Appendix pag.
302. ubi plura circa hæc nota sunt : hic
autem alia , quæ ad censuras in ea infli-
ctas pertinent addenda erunt, præter mo-
dum eligendi .

Regulares propterea quatenus velint gau-
dere privilegio Conservatoriarum eis à
pluribus Summis Pontificibus concessi, te-
nentur Conservatorem habentem requisita
ibi enumerata in singulis Diœcesis eli-
gere, & sibi assumere , & posteà electionis
documentum authenticum penes acta Cu-
riæ Ordinariorum locorum exhibere , &
dimittere: quod si non fecerint, cor. eisdem
Ordinariis convenienti erunt; formula au-
tem talis electionis poterit esse sequens.

F O R M U L A L

CUm inter cætera à Sed. Apostolica Religiosis concessa, hoc unum præci-
puum sit, ut possint sibi eligere Conservatorem, qui Apostolica aucto-
ritate, & jurisdictione valeat, & debeat reprimere, & compescere quam-
cunque personam prædictis Religiosis, eorumque Monasteriis, ac bonis inju-
riam, & violentiam inferentem: hoc sanè privilegio uti volentes, & per-
optantes.

Nos infra scripti PP. Monasterii N. in unum Capitulariter congregati ut
juris